



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1862

CXCV. Vergleich zwischen den Gewandschneidern und den Tuchmachern in Frankfurt, vom 24. Juni 1401.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55756](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55756)

CXCV. Vergleich zwischen den Gewandschneidern und den Tuchmachern in Frankfurt,
vom 24. Juni 1401.

Anno domini M^o CCC^o primo, discordantibus pannicidis cum pannificibus, comparentibusque vtrisque partibus coram consulibus, et causam suam hinc inde exponentibus, talis inter eos mediante consulum, et aliorum discretorum burgensium ingenio, ordinatio et compositionis vnio est inuenta, videlicet quod pannicide pannos uiliores, quam in vrankenuorde fiant, non debeant incidere, nec in ipsa eadem ciuitate, nec in adiacentibus in quibus consueuerunt et solent fora uisitare, preterquam in foris annualibus et que tempore obseruantur annuo, pannifices uero seu pannos tententes aut sumptibus propriis comparantes ad vnam pannum non debent uendere nec incidere, nisi quantum pro domibus suis et familia necessitas exigit et requirit. De pannicidis eciam electi sunt, et debent eligi duo viri, qui ad hoc iurauerunt et iurabunt, quod adhibere debent diligenciam et respicere, si quispiam pannos quam in vrankenuorde fiant in seidat uiliores, et si aliquis huius constitutionis transgressor inuentus fuerit, in sex solidis debet condemnari, De quibus consules duos percipient, pannicide duos et pannifices duos, De pannificibus similiter electi sunt duo viri, qui eciam iurauerunt, quod si quempiam sociorum suorum pannum ad vnam uendere inuenerint, uiderint aut eciam relatu ueridico perceperint, ipsum debent accusare, et debet in sex solidis condemnari, Qui distribuendi sunt quemadmodum ante est prenotatum. Edita est hec ordinatio siue compositio, seu constitutio partibus consencientibus anno supradicto et conscripta in natiuitate beati Johannis baptiste et sigillo ciuitatis in testimonium consignata, Consulibus pro tempore illo existentibus Johanne de Lichtenberch, Gerckino gallico, thoma hokeman, arnoldo de waltztorph, Johanne scriptore, alberto buleman, Johanne de albea, Geuardo Rymknet, wilhelmo de foro, Lentekino et Johanne tacke et Johanne de vorstenwalde.

Nach dem Orig. des Stadtarchiues VIII, 1, 28.

CXCVI. Sentszwoyus von Ostrogoe gelobt der Stadt Frankfurt Urfehde wegen der
Gefangennehmung eines seiner Leute, am 8. Dezember 1401.

Nouerint vniuersi tam presentes quam futuri Hanc paginam legentes uel audituri, Quod nos Sentszwoyus, Wekfillator Regis polonie, necnon heres in Ostrogoe, pro homine nostro, quem vos detenuistis et in captiuitate habuistis, firmiter nos asseribimus, quod nunquam predictam captiuitatem comemorare volumus perpetuis temporibus vite nostre. In cuius testimonium ad testimonium (sic) presentibus Sigillum nostrum est appensum. Datum in Ostrogoe, in die Conceptionis virginis marie, Sub Anno domini M^o CCCC^o I^o.

Nach dem Orig. des Stadtarchiues Var. 62.